

**2415** I. o. m. Dol. | p. p.<sup>1</sup> Flavi Studi|osi, Sabinius | Ingenuus et | Aurelius Sed|atus sig. leg. | III Aug., agentes | cura. macelli, | v. l. a. s., cum a|zutoribus suis.

*Lambaesi (Revue arch. 1891 t. 17 p. 258 edidit Cagnat). — 1) Non intellegitur.*

**2416** Marti campestri sac. | pro sal. | imp. M. Aur. Commodi | Aug. et equit. sing.<sup>1</sup>, | T. Aurel. Decimus | > leg. VII G. Fel., praep.<sup>2</sup> simul et camp.<sup>3</sup> Dedic. k. Mar. | Mamert. et Rufo cos.<sup>4</sup>

*Tarracone (II 4085). — 1) De equitibus et peditibus (N. 2418, 2419) singularibus praesidium cf. Mommsen eph. epigr. 4 p. 404; Domaszewski arch. ep. Mitth. 10 p. 22. Multi vel adeo plerique eorum videntur fuisse ex alis cohortibusque auxiliariis (N. 2524 cet., 2588 cet.); sed fuisse eos sub centurionibus legionariis cum tituli doceant, hos titulos hoc loco proponere placuit. — 2) Praepositus, 3) campidoctor. Nota, ut hic campidoctor sacrum fecit Marti campestri, ita ab alio campidoctore (supra N. 2088) Nemesi campestri, ab exercitatore equitum singularium Campestribus (N. 2417) sacra facta esse. — 4) A. 182.*

**2417** Eponab. et | Campestrib. sacr. | M. Calventius | Viator > leg. III F. f., | exerc. eq. sing.<sup>1</sup> | C. Avidi Nigrini<sup>2</sup> | leg. Aug. pr. pr.<sup>3</sup>, | v. s. l. m.

*Sarmizegetusae in Dacia rep. (III S. 7904 vidit Domaszewski). — 1) Exercitator equitum singularium. — 2) C. Avidius Nigrinus occisus a. 117 (vit. Hadrian. 7, 1. 25, 10 cf. Mo. ad C. X 6706) si non diversus est, titulus positus est sub Traiano. — 3) Iudice Domaszewskio (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15 p. 145) legatus fuit eius provinciae, ad cuius exercitum legio quarta Flavia felix pertinebat, Moesiae superioris; sed videndum an legatus fuerit Daciae; equites singulares exercitorem habere potuerunt ex exercitu provinciae finitimae.*

**2418** pro salute [i]mp. n., | I. o. m. | ceterisque diis | et Genio loci, | M. Verecundini|us Simplex > leg. | XXX Ulp., curam | agens strato|rum et peditum | singularium cos., | v. s. l. l. | Macrino et Ce[l]so | cos.<sup>1</sup>

*Coloniae rep. a. 1891 (Ihm Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1891 p. 112). — 1) A. 164.*

**2419** memo|riae | C. Iul. Nepotis | domo Amme'dara, ped. sing.<sup>1</sup>, | vix. ann. XVIII, | C. Iul. Verus b. f. | cos.<sup>2</sup> frat. piissim.

*Lambaesi (VIII 2911 descr. Renier). — 1) Pediti singulari. — 2) Idem recensetur inter beneficiarios consularis supra N. 2581.*

**2419<sup>a</sup>** M. Aurel. Sa[|lvi]anus vet. leg. II It. p. f. | Severiane, e[|x st]rator cos.<sup>1</sup>, et Aurel. | Martia coni., [v]i fecerunt sibi et M. | Aur. Ursi[|ci]no fil., [mil.] praetoriano ch. III p., st. III, O<sup>2</sup> an. XX.

*In vico Stiriae Semriach, qui locus fuit provinciae Norici (III 5449 vidit Wilmanns). — 1) Consularis. — 2) Obito.*

**2420** d. m. M. Ulp. Silvino | stra. pr. pr. cc. vv.<sup>1</sup> | ex leg. II P. p. f. f. a.<sup>2</sup>, Va|llerus Iulianus | her. b. m. f.